



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino
Lugduni, M. DC. LXXX.**

25. An mutus, & surdus possit aliquid donare inter vivos? Et an possint
donare causa mortis? Ex p. 5. tr. 6. res. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

De Donationibus. Resol. XXV. &c. 321

Fato conscientia donationes impuberum cum ratione facta, erunt validae.

RESOL. XXV.

An mutus, & surdus possint aliquid donare inter vivos? Et an possint donare causa mortis? Ex part. 5. tract. 6. Rel. 12.

Respondeo negatiue, glossa in l. qui id quod §. mutus. v. Donare ff. de donationib. vbi cum textus dicat mutum aut surdum donare posse, addit glossa id verum esse, quando non à natura, sed postea casu cecitas superuenit, quod idem multis citatis docet Antonius Gomez de quocumque contractu in lib. 2. var. c. 14. n. 29. & merito ius civile prohibuit supradictis contractibus inire, quia facile decipi possunt, & ita etiam docet Sanchez de matr. 1. lib. 1. disp. 8. n. 12.

2. Verum eita presentem quaestionem Azorius tom. 3. lib. 1. c. 3. quæst. vlt. sic ait. Queritur, an is, qui surdus & mutus simul est, donare queat inter vivos? Donare potest, at causa mortis non potest, si à natura vitium sit, sed si vitium casu contigerit, l. si ceteris, c. qui testamentum facere possunt. Et qui tantum est surdus, vel tantum mutus, donare non prohibetur. l. qui id quod §. mutus. ff. de donat. Hæc Azorius.

3. Sed non desinam hic apponere verba Marcelli Megalij in inst. 2. lib. 2. c. 3. g. 4. n. 135 vbi sic asserit. A lege civili prohibentur mutus & surdus inire omnes contractus illos, qui confici non possunt nisi vtroque loquente, & contractus verba intelligente, vt patet ex l. in princ. & l. mulier. ff. de verb. oblig. & ex l. in fin. ff. de al. & oblig. §. mutus. Inst. de iuril. stipul. Sed secus erit quoad contractus, qui sine verbis celebrantur, sed consensu, ut, aut aliis modis, eos enim mutus & surdus inire possunt, si signis, aut aliis corporis motibus eorum consensus & voluntas intelligi potest: vnde possunt emere, vendere, locare, & conducere, cum hi contractus non tam verbis, quam consensu consumentur, vt in l. si stipulor. §. fin. ff. de verb. oblig. & eadem ratione donare etiam possunt, vt in l. qui id quod §. mutus. ff. de donat. Obseruandum est tamen, quoad donationes distinguendum esse, prout distinguitur in l. si ceteris, c. qui testamentum facere possunt, vbi habes quando mutus & surdus testamentum facere, & causa mortis donare possint, non distinctio illa etiam quoad donationes inter vivos seruanda erit, vt notat glossa & Bartolus in d. l. qui id quod §. mutus. Quam glossam extollunt, & singularem appellant Romanus, & Alexander in d. l. si ceteris, possunt etiam hereditatem adire, vt in l. mutuum. ff. de acqu. hered. Necnon & matrimonium contrahere, vt in c. cum apud, de sponsal. quæ dicta sunt de mutuo & suto quoad contractus, qui sine verbis celebrari non possunt. Limita primò, vt illos non possint celebrare per se ipsos, sed si facere hoc vellent per seruum presentem, nam tunc valeret contractus; vt in d. l. in princ. ff. de verb. oblig. Secundò limita, vt tantum habeant locum quoad illum mutum & surdum, qui prorsus non audit, aut non loquitur, sed secus de eo, qui tardè audit, aut tardè, & non ita articulatè loquitur, hi enim omnia facere possunt, vt dixi glossa in d. l. si ceteris, ver. permittimus & ex text. in §. item surdus. Inst. qui testamentum facere possunt. Huc textus Megalij. Sed de aliquibus casibus ab ipso positus infra in specit quaerendum erit.

RESOL. XXVI.

An minor 25. annis possit donare? Et an minor, & filiusfamilias possint promittere arrhas, & aliquid sic donare? Ex p. 8. tr. 6. Rel. 4.

§. 1. Dico, quod minores 25. annis, firmo destitutur iudicio l. in princ. ff. de minor. 25. ann. & propterea res mobiles sine curatrum auctoritate donare nequeunt argum. l. si curatorem 3. de in integr. rest. min. Petrus Nicolaus Mozz. in tr. de donat. tit. de person. inter quas cadere possit donat. n. 4. Quod si verò nullos habeant curatores, res mobiles tunc demum irrevocabiliter (quoniam intra 25. annos, causa cognita, isthæc donatio in integrum restitutionis auxilio retractari potest. d. l. 1. c. de in integr. rest. minor.) poterunt donare, si maiores facti, donationem eiusmodi ratam habuerint l. 1. & 2. c. si maior factus. 2. at. hab. Secus est in rebus immobilibus; harum enim alienatio minoribus planissime est interdicta: nec aliter subsistit, quam si cum decreti interpositione fiat. l. 2. vbi Duaten. C. si aduers. donat. l. non solum 4. l. minor 6. l. si minor 15. l. si pradium 16. & tot. cit. C. de prad. & aliis rebus min. sine decreto non alien. Menochius conf. 29. n. 4. & latius explicuimus ad §. 1. infra de iis, per quos agere poss. n. 23. & seq. Similiter prodigi donare vetantur, quia rerum administratio ipsis interdicta est. l. 1. c. boni 6. ff. de verb. oblig. Cur ita quia mente carere videntur, cum luxus amantia dicatur. l. 1. ff. de curat. furios. & aliis, & c. l. his, qui 12. in fine ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his. &c.

2. Et tandem non desieram hic apponere verba Rodriguez in summ. t. 1. c. 165. n. 7. sic asserentis: [Los menores despues de los veynte y cinco años ratificando la donacion que hizierò antes desta edad, queda valida, y eficaz. Y nota, que sus curadores en su número, auiedo justa causa pueden hazer donaciò, y alli pueden embiar presentes a sus maestros, como se vñ. Pueden tambien remitir las deudas que se deuen a ellos, quando no son liquidas, y claras, como lo dizen los Doctores. Nota mas que los menores sin licencia de sus Curadores pueden hazer las donaciones que otros de su edad, y condicion, estando en poder de sus padres, pueden hazer; pues, pueden perder en el juego algo, conforme lo que otros de su condicion, y estado acostumbra, como se dize en la materia del juego, y lo tiene Nauarro. Pueden mas sin licencia de sus padres, o Curadores, aun siendo menores de veynte y cinco años, teniendo vñ de rrazon, hazer donacion de los bienes castrenses, y castrenses, porque estos tienen el dominio, y el usufructo como lo dize Syluestro, en la comun. Sic ille.

3. Sed hic obiter quaerendum est, an minor, vel filiusfamilias possint promittere arrhas, & aliquid sic donare: De minore respondeo non posse promittere bona immobilia, aut etiam mobilia pretiosa, quæ seruando seruati possunt, ad quorum alienationem requiritur decretum iudicis, vt habetur l. lex 22. C. de admin. tur. Aduerte tamen, quod si artharum nomine absque decreto iudicis fiat donatio horum bonorum, si post 25. annos minoris quinquennium elabatur, ratificatur, & valet, l. si quando, c. si maior factus. Qua de re latè Th. Sanch. l. 6. disp. 38. præcipue n. 37. & seqq. De filio autem familias diuersa ratio est; nam si filiusfamilias pubes promittat arrhas, aut etiam donet, ex iis, ex quibus non lædit ius patris, potest illas promittere; aut etiam dare, de quo latè disputat Sanchez l. 6. disp. 36. per tot. præcipue n. 1. & 2.

4. Sed non desieram hic apponere verba Baunij satis benigna pro donatione minorum infcio tutore; sic enim ait, in Theol. mor. tom. 3. d. 2. tr. 4. q. 10. Sentio enim cum Nauarro l. 4. conf. de sponsal. conf. 39. n. 11. pupillum pubertati proximum qualis est femina post nonum annum dimidiatum, & mas post decimum cum dimidio, contrahere posse, & contrahendo obligari naturaliter, ex l. 1. de al. & oblig. & ex §. pupil. de iur. stip. in inst. Ex quo sequitur eum quòq; in pupill. ætate donare posse validè, quia quæ ætas ad contrahendū sufficit, eadē quoque ad donadū est satis, sed pupilli, ac minores, tutoribus infctis, in rebus cõmunibus contrahere queunt, quia quicunque est capax consensus, capax est obligationis naturalis, quæ conscientia

Quoad hæc lege d. c. etiam Rel. seq.

Sup. hoc in Ref. 136. & in alio §. eius 1. no.

Sup. hoc infra in Ref. 138. & supra in Ref. 21. §. Ad hæc. & in tom. 4. tr. 7. Ref. 17. ad medium.